

tum Libri sacri hoc ordine sequuntur: *Pentateuchus. Josue. Judicum. Ruth. IV. Regum. II. Paralipomenon. Esdrae I. Nebemiae. Esdrae H. (i. e. tertius) Tobias. Judith. Esther. Job. Psalmi*, quorum primo ejusmodi praetexta est inscriptio: *Tytulus primi psalmi est psalmus probemialis hesdre illius iudei qui collegit omnes psalmos dauidis ad inuicem. est enim iste psalmus sicut probemium.* Et sic quisvis pene *Psalmus* prolixius argumentum miniatum praefert. Libris omnibus Praefatio *Hieronymiana* in fronte est, excepto *Psalterio*, quod primo Epistolam *Hieronymi ad Sophronium*, quae incipit: *Scio quibusdam psalterium in quinque libros esse divisum &c.* dein alterum Prologum: *Psalterium Romae dudum positus emendaram &c.* ad calcem subnexam habet. Finem *Codici* imponit *Oraatio Manassis*; unde Pars altera *Bibliorum* a nostra distracta videtur. Praetermisit eam *Lelongius* in *Bibl. S.*

XXIII. VI A 3-8

3.4.5. Codex membraneus german. Sec. XV. ineuntis, nunc Tomis VI. constans, Föl. max. multo auro, innumerisque figuris ac parergis, partim sacris, partim vero profanis, sed argumento parum congruentibus, magnificentissime exornatus, jussu et sumptibus *Wenceslai* Rom. Imp. Regisque *Bohemiae*, qui memoriam *Pragensis* custodiae, et beneficii a *Susanna* balnearice, cujus opera evaserat,

accepti hoc loco parum hercule decenter extare voluit. Egit de iis picturis et ornamentis tam accurate non calamo solum, sed figuris etiam aeri incisus Cl. *Lambecius Comment. L. II. a pag. 749. edit. vero Kollar. a Col. 527.* et ex eo *W. E. Tentzelius Dial. menstr. A. 1690. pag. 776.* ut hic superfederi queat. Illud duntaxat addere placet, Aquilam Imperii, quae hoc in *Codice* non semel occurrit, praesertim initio libri *Josuae*, ubi coronam leonis *Bobemici* capiti impositam unguibus stringit, perpetuo simplicem, nunquam bicipitem pingi, avem item illam, quae marginibus frequenter adpingitur, ex *Alcedinum* sive *Ispidarum* ad aquas habitantium genere esse, proindeque ad *Wenceslai* balneum pariter referendam videri.

Continetur itaque Tomo I. Foliis. 240. Pars I. sacrorum Bibliorum V. T. videlicet *Pentateuchus* et *Liber Josuae*, quae in sermonem germanicum forsitan vertit *Martinus Kotlebin*, cujus fit in Prologo mentio verbis infra excerptis. Ejus Prologi inscriptio miniata sic habet: *Hie hebt sich an die vorrede vnd. der prologus vber das buch daz do beisset vnd genant ist Biblia.* Prologus est rhythmicus, tametsi non *сѣхъновъ*, sed consequenti scriptura sit exaratus. Incipit ad hunc modum: *Got got du herczen liebes gute. Czu dir hebit sich mein mut. Und rufet dich gutlichen an. wenne nyemant wol geschaffen kan. An dich wil yemant icht*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2759

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

41

HIEROGRAPHICI.

42

icht beginnen &c. Implorat opem divinam et post paullo subdit: *Reiche ouch herre deine steyer. Czu diser lieben abenttewer. Dem vromen herren der den rat. Von dir selbe empfangen hat. Dem werden getrewen diener dein. Dem KOTLEBIN herren MERTEIN. Der in rechter tugende kern. Brinnet als ein liebter morgen stern. Und sich vnder deinen dienst beuget. Und manch gut testament czeuget. Vnd meret deine heilige schrift. Der ouch stiftet dise gestift. Czu lobe deiner heilicheit. Gib im herre steticheit. Und dorczu vrolichen mut. Das er dicz werke gut. Muze vollfuren in seinen tagen. Das er do mite muze beiagen. Der ewigen selden hort. Vreude beide hie vnd dort. Gib ouch seiner werden vromen &c.* Utrum vero Martinus iste Kotlebenius interpres aut potius *εγροδιωκτης* fuerit, lector ex his rhythmis a Lambecio praetermissis iudicium ferat. Generalem ejusmodi Prologum sequitur peculiaris in librum Geneleos hoc initio: *Dises buches ausganck. Ist von der werlde anevanck. Von dem ersten tage. Von vreuden vnd von clage &c.* In fine fit mentio Wenceslai eiusque Conjugis Sophiae Bavaricae his rhythmis: *Wer nu dieser schrifte hort. Wil lesen vnd ir suzen wort. Der schol nu danken dem vrumen. Von dem ditz gestift ist kumen. Dem hochgebornen kunig WENTZLAB vein. Und der durchluchtigsten kuniginne sein. Den dicz durch gotis wurdikeit. frumet aller cristenbeit. Got gebe in dorumbe czu lone. Des edeln*

*bimelriches crone. Amen. Sequitur mox Prologi subscriptio et Geneleos inscriptio miniata tali modo: Hie hat die vorrede ein ende got vns seinen heiligen geiste sende Darnach bebit sich an das erste buch. das do heisset das buche der schepfung mit sulchen worten. Praeponitur initium latini textus vulgati, quem interpres sequitur, usque ad ea verba: Et vidit lucem quod &c. Dein incipit germanica interpretatio ad hunc modum: In anegenge schepfte got bimel vnd erde. Die erde was aber vnnucz vnd lere vnd vinsternusse warn auf der gestalt der abegrund vnd gotes geist wart gefurt auf den Wassern. Und got sprach. Es werde ein liecht. Vnd es wart ein liecht &c. Cap. III. Gen. ut hoc obiter indicem, legitur: *SIE wirt czuknüllen dein boubt*, id est: *IPSA conteret &c.* Liber Josuae minio sic concluditur: *Hie hat ein ende das buch das do genant ist iosue. Dornach so hebt sich an das buch das do genant ist Judicum in latinischer sprache. aber czu deutscher sprache heisset es das buch der Richter. etcetera. Fol. 53. notari meretur Lemniscus fluitans in manu Balneatricis inscriptus: Nu. z. Bohem. nu. nu. w.**

Tomus II. progreditur a Fol. 241. usque ad Fol. 422. complectens Librum Judicum, Ruth, et IV. Libros Regum usque ad Libri IV. C. 23. verba haec: *Vor war ioachas nam her vnd furte yn gegen egipten. aber das silber vnd das golt gab. Luxus pictorius et chryfographicus idem, neque magis*

gisgravitati argumenti conveniens, ac in praecedenti volumine. Notari meretur exempli causa icon *Fol. 267. pag. 1. subjecta Wenceslai* primae nominis sui literae W. tanquam cippo implexi adscripta in lemnisco fluitante hac sententia: *ich pyn wilde vnde czam. den guten gut. den posen gram.*

Tomus III. Folior. numero ab 1. ad 144. progreditur, neque omnino cum praecedente connexus est; incipit enim ab extremis cap. 24. *Libri IV. Regum* verbis: *iberemie von lobna. Und her tat vbil vor unserm herren noch allem dem das getan hette ioachyn &c.* Ut propterea folium unum ab initio hujus, aut sine superioris Tomi avulsam fuerit. Complectitur autem hic finem *Libror. Regum, Libros II. Paralipomenon*, ad quorum calcem haec subiecit minio librarius: *Hie hat das ander puch das do genant ist paralippomenon ein ende vnd ist das erste teil dicz buches das do heisset biblia. dor nach so hebt sich an di vor rede vnd das vrkunde des buches das do genant ist esdras vnd ist das ander teil des buches das do genant ist biblia mit sulchen worten die do hernach geschriben steen. etcetera.* Ne vero quid simile expectet Lector, utut *fol.* sequens epigraphen *Prologus* praefixam gerat. Sequitur enim sub hac *Oratio Regis Manassis*, quam continuo *Esdras* excipit, qui, licet aperte tribus libris definiatur, ad calcem tamen subscriptus est: *Alhie endt sich das ander puech Esdras.* Quod hac solum ratione cum

veritate consentit, si, ut oportet, secundum *Esdrae* librum *Neemiae* tribuas. *Esdras* in Codice sequitur *Tobias* hoc titulo: *Hye hebt sich an der Prophet Thobias.* *Tobiam* vero *Judith*, non tamen ultra C. I. v. 7. definens in haec verba: *do wart geboet das reich Nabuchodonozors vnd sein hercze.* Hoc in Tomo a *Fol. 72.* ornatus colorum aurique rarefcere incipit, prorsusque disparet *Fol. 121.* Relicta sunt tamen ad figuras pingendas spatia, quibus Imperator *Friedericus III.* ad quem Biblia haec devoluta erant, propria, ut videtur, manu adscripsit id, quod unoquoque loco coloribus exprimi voluit. Ita habes ad L. II. *Paralip. c. 32.* *Hic ponas quomodo rex sennacherip pugnatur contra regem ezechia, et dominus pugnatur pro ezechia et mittit angelum de celis qui percussit omnes fortes regis sennacherip in ore gladii post hoc filii carnales regis sennacherip interfecerunt eum in ore gladii.* Morem tamen Augusto gestum non nisi uno loco invenies, idque *Fol. 90.* ubi *Esdras* calamo delineatus de suggestu Populi concionem adloquitur.

Tomus IV. Folior. numero a 145. ad 355. pertingit. Exorditur vero intermisso *Libro Judith* ab *Isaia* Propheta, quem *Jeremias*, dissimulato *Baruch*, *Liber Judith* denuo a C. I. incipiens, *Liber Esther* et *Job* consequuntur. Prophetis duobus breves *Prologi* praefixi sunt. Habet et *Job* Praefamen, in quo ejus *Genealogia* adtentatur, de qua v. *Pinedam* ad

ad C. I. v. 1. *Hieronimi* notas L. *Estheris* insertas fat infelicitè red- didit Interpres noster. Ita ad C. X. post v. 3. ubi in Vulgatis legi- tur: *Quae habentur in Hebraeo, plena fide expressi* &c. ita loqui- tur: *Das in hebraischer czungen stet geschriben mit ganczen trewen hab ich entlossen. das aber das her- nach geschriben stet in einem ge- offenbarten getichte* (in editione vulgata) *die in kriechischer czun- gen vnd puchstaben sint behabet. vnd die weile nach dem ende des puches das capitel wart gefurt. das wir nach unserr gewonheit dem meister obelo das ist veru haben vor- beczeichent.* Ceterum Tomus iste omni ornatu, si miniatos *Libb.* titulos excipias, caret; relieta sunt tamen per totum pingendis figuris spatia, quibus sua rursus monita *Fridericus* Imp. adscripsit, *Isaia* et *Jeremia* praeterito.

Tomus V. a *Fol.* 1. ad 206. progreditur. *Fol.* 1. pag. 2. prae- ter quinque literas vocales, cele- bre Imp. *Friderici* III. Symbolum, de quo *Lambec.* L. II. p. 754. edit. *Kollar.* col. 537. literis mi- niatis index librorum, qui hoc vo- lumine olim continebantur, scrip- tus est hoc exemplo: *In dem ge- gegenburtigen puech sind vermerkt die hernachgeben puecher des tails der Bibell Und von erst. Der Psalter kunigs Dauid Item darnach voligen Prouerbia Salomonis Darnach daz puech Ecclesiastes kunig Salomon Darnach das puech der lieb Cantica canticorum Darnach das puech der weysbait kunig Salomon*

Item das puech Ecclesiasticus kunig Salomon Darnach volgt das gepet kunigs Salomon Item darnach der prophet ysaias. Darnach voligt der weyffag Iheremias. (Uterque Propheta jam etiam praecedenti Volumine, scribendi ratione ta- men fatis diversa, occurrit.) *Und darnach volgt der prophet Baruch. Item Am endt des puechs uolgt der Weyffag Ezechiel.* Subtexta est hujus modi nota temporis: *Anno domini etc. 1447. In vigilia sancti Jacobi Apostoli.* Ex qua nota et symbolo supra memorato coniec- turam capio, splendidum istud Bi- bliorum V. T. Opus auspicio et impensis *Wenceslai* inchoatum, demum mandato et sumtibus Imp. *Friderici* perfectum fuisse; id quod de scriptura accipi ut plurimum volo, nam V. hoc Volumen, quan- quam spatia figurarum et monita iis adposita rursus non desint, fo- lia tamen picturata non nisi no- vem, et quidem in solo *Ecclesia- stico* exhibet. Continet vero Li- bros in Indice supra enumeratos tantum usque ad *Isaiam*, in cujus *Praef.* his verbis definit: *vnd wart geseget von ein ander. Psalmis* Ti- tuli iidem inscripti sunt, qui sub initia typographiae in editionibus Bibliorum vernaculis comparent. Ita legere est ante *Pfal.* I. *do Saul gotis gepot brach do sante er Sa- muelen das er weibte dauiden im czu einem kunige, do das geschach do czoch der heilige geist von hern sauln, vnd besas hern dauiden* &c. *Canticis Canticorum* forma Dialo- gi data est, interlocutoribus *Christo*, *Ecclesia*, *Synagoga*, quod in-

infertis textui rubricis ubique indicatur v. g. *Die stymme der kirchen czu cristo. Die stymme cristi czu der kirchen. Der iuden schule stimme &c. Oratio regis Salomonis* in Indice supra citata nihil est aliud, quam paraphrasis quaedam *Cap. VIII. Lib. III. Reg. a. v. 23. usque ad v. 31. ad* cujus calcem librarius imprudens notavit: *Hie hat das puch ein ende das dogenant ist sprichwörter des kunigs salomonis.*

Tomus demum VI. a *Fol. 207. ad 437.* progrediens, Prophetas in indice supra promissos complectens, ornatu pictorio exceptis Librorum rubricis destitutus, spatii tamen ad eum recipiendum, et monitis adscriptis pollet. Incipit a dimidia *Isaiae Praef.* his verbis: *in czwei stücke vnd begraben wart er vnder der eychen rogel &c. Jeremiae Threni* hic desunt; adest tamen *Baruch*, et in *Ezechiele* Codex terminatur, cui an unquam *Daniel*, XII. *Prophetae* minores, *Machabaeorum* Libri, *Novumque Testamentum* adhaeserint, incertum est.

Meminere praestantissimi hujus Monumenti, e quo Glossarium Idiomatis nostri non parum ditari posset, post *Lambecium cit. Le Long Bibl. fac. T. II. Paris. 1723. p. 574. f. Reimmannus Bibl. acroam. Hannov. 1712. p. 175. 8.*

XXIV. VII. A. 13.

31 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 331. f. max. elegan-

ter scriptus, et singulis librorum principiis picturas praefereens, impendio possessoris *Matthiae Eberler*, cujus et insignia, *πρωτομυνη* scilicet apri (Germanis *Eber*, unde et familiae hujus Helveticae nomen) rubra in scuto aureo *fol. 1. pag. aversa* cum hac subscriptione literis aureis exhibentur: *In dem iar als man zalt. M°. CCCC°. vnd LXIIII°. bat Mattis Eberler disse bybly lassen machen. Des sell ritze in dem friden gocz.* Insunt autem primae huic Parti sequentes V. T. Libri: *Pentateuchus. Josue. Judicum. Ruth. IV. Regum. II. Paralipomenon. I. Esdrae. Nehemias. III. Esdrae dictus II. Tobias. Judith. Esther. Psalterium. Parabolae Salomonis. Ecclesiastes. Cantica Canticorum. Sapiaentia. Ecclesiasticus.* Quorum omnium elenchus *fol. 2. pag. aversa* conspicitur. Libri omnes *Praefationibus Hieronymianis* instructi sunt. *Genesis* sic orditur: *In dem angenge schuff got himel vnd erden aber das ertrich was ytal vnd lere vnd vinsternus was ob dem anlutze des abgrundes vnd gottes geist ward gefüret vber die wasser &c. Cap. III. v. 15.* legitur: *Si wirt din boubt zerknüstende.* Libro IV. *Reg.* subjunxit pius librarius: *Das wir in ewigen leben mit spisen ewiger selikeit von got werden gespiset, des helff vns der vater des ewigen erbes. Amen.* *Psalterio* adnexa sunt reliqua S. Scripturae *Cantica*, puta *Isaiae, Annae, Mosis &c. Hymnus* item: *Te Deum laudamus*, et sic dictum *Athanasii Symbolum.* Liber *Sapiaentiae* iterato vocatur *daz*